



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/298938>

4

T H E S E S
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDE,

JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROP. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JANUS CAROLUS ELIAS VAN LIJNDEN,

e pago Apeldoorn.

A. D. XXI M. MAJI, A. MDCCCLX, HORA II.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD J. G. BROESE.

MDCCCLX.

T. H. B. S.

JURIDICAL LIBRARIES

LIBRARY

OF THE

UNIVERSITY OF TORONTO

127 SPADINA AVENUE

TORONTO, CANADA

1911

100

100

100

100

100

100

100

100

T H E S E S.

I.

Nulla antinomia inter § 2 Inst. de societate et L. 30 D. pro socio, quae non indiget emendatione.

II.

Non facio cum Cl. BÜCHEL, conditionem indebiti, si adest obligatio naturalis, tantum per exceptionem excludi.

III.

Nulla antinomia inter L. 4 § 21 D. de usurp. et L. 49 eod.

IV.

Actio negotiorum gestorum contraria utilis non datur ei, qui existimans suum negotium gerere, alienum gerit.

V.

Probanda non est CUJACII sententia qui in casu L. 33 D. de condict. indeb. dat conditionem incerti.

VI.

Donatio fundi hic siti, peregre a Batavo in Batavum collata, ex jure nostro valere dicenda est, si modo solennitatibus peregrina lege praescriptis, perfecta est.

VII.

Art. 601, 1^o. C. C. conciliari nequit cum art. 594 et 598 ejusdem Codicis.

VIII.

Aestimationis eorum quae in fundo locato inaedificata sunt, ex conventionione finita locatione conductori praestandae, debitor est heres locatoris, non vero legatarius cui fundus relictus est.

IX.

Patri portionem legitimam filii sui a communione bonorum testamento excludere non licet.

X.

Ex jure nostro etiam pro prohibente recte quis fidejubeat.

XI.

Praescriptio quae, jure Francico in patria nostra vigente, currere incepit, ex jure nostro per quamlibet insinuationem interrumpitur.

XII.

Non facio cum Advocatis Amstelodamensibus ad art. 48 C. M. dicentibus: „want de penningen die „benoodigd zijn om de ontbinding te voorkomen, (75 „ten honderd) moeten geheel voorhanden zijn.”

XIII.

Litterarum cambialium in blanco indossatarum dominium, licet dies jam venerit nuda traditione transfertur.

XIV.

Assecurator navis, secundum aestimationem in polizza indicatam, assecuratae, omnia debet resarcire quae hujus navis dominus, avariae grossae nomine praestanda habet, licet in computatione avariae majorem aestimationem periti fecerint.

XV.

Privilegia art. 315 C. M. intra quadraginta dies ante forocessionem constituta, ex art. 774 ejusdem Codicis nulla sunt.

XVI.

Pauliana actio ex art. 777 C. M. instituitur per curatorem.

XVII.

Cautio judicatum solvi etiam a peregrino actore reconventionali, praestanda videtur.

XVIII.

Advocatum pro reo non invito appellationem etiam sine mandato scripto, instituere posse, defendo.

XIX.

Minus probandum in Codice Francico Poenali nihil de homicidio in rixa commisso statutum esse.

XX.

Officialis status civilis falso referens in instrumento nuptiarum, publicationes locum habuisse, falsi non tenetur.

XXI.

Ad mortis poenam rejiciendam nihil valet argumentum quod a pacto, civitatis fundamento, peti solet.

XXII.

Si quis magistratus munere abutens, civem in vincula conjecerit, non punitur ex art. 341 C. P.

XXIII.

Eleganter ZASIUS ad AMERBACHIUM (a^o. 1523): „Legalis sapientia doctores non facit ut servitio aulae „inscribantur, stigmatibus aulicis inurantur, aut sor- „dibus fororum seu consisteriorum volutentur, sed „ut de jure respondeant, dubia dirimant, juris prae-

